

26 Ostiae.

AVRC ···· PA
 RITAN ··· ONII F · M · AV
aedic VLAM LARVM · AVg
 INPENSA · SVA · BL
 5 F SOSIVS ··· L SOSIANVS · M · L
 ÆMILIA
 TIO CRISPI

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 228.

27 fragmentum basis marmoreae. Iacet ante episcopium Portuense.

LIBERO PATR
urceus SACRVM
 CHRYSE^{ros}

Descriptimus de Rossi et ego.

30 rep. in Portu fossionibus Torloniae, nunc Romae in villa Albania.

PRO · SALVTE · IMP
 M · AVRELI · COMMODI
 ANTONINI · AVG ·
 PII · FELICIS ·
 5 LIBERO · PATRI
 COMMODIANO ·
 · SACRVM ·
 IVNIA · MARCIANE
 · EX · VOTO · FECIT ·

Descriptus Bormann, recognovi ipse. *Bullettino dell' Instit.* 1864 p. 82 ex apographo Lancii; P. H. Visconti in catal. vill. Alb. p. 299 n. 492.

1 IMP vocabulum litteris minoribus scriptum fortasse postea additum est.

28 parva basis. In Portu Romano.

CN MAELIVS
 EPICLETVS
 LIBERVVM PATREM
 IN ARIA SVA *sic*
 5 CONSACRAVIT

Lanciani *bull. dell' Instit.* 1870 p. 21.

29 parva basis. In Portu Romano.

CN MAELIVS
 PHILETVS · IVN
 ARAM
 LIBERO · PATRI
 5 D · D

Lanciani *bull. dell' Instit.* 1870 p. 21.

31 sub signo Martis marmoreo. *Lettere non molto belle* FEA. Rep. Ostiae anno 1800 non longe a *Tor Bovacciano* FEA. Rep. Ostiae, empta dal defonto *Inglese Vescovo di Bristol* GVATT. Significari Fridericum 4th Earl of Bristol, Bishop of Derry auctor mihi est Michaelis (cf. *Ancient marbles in Great Britain* p. 408), eum vita functum esse Romae anno 1803, supellectilem autem antiquam ab eo Romae collectam mox esse dispersam et vix quicquam ex ea nunc extare in Britannia. Certe hoc signum post Feam et Guattanium neque in Italia neque in Britannia quisquam vidit.

MARTI

Signum cum inscriptione delineatum est apud Guattanium *monumenti antichi inediti* 1805 tab. XVIII cf. p. LXXXVIII. Memorat Fea *viaggio ad Ostia* p. 53.

Egit de hoc signo post alios is qui nuper simulacra Martis antiqua recensuit K. Diltthey *Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande* vol. 53/54 (1873) p. 29. — Tales signorum subscriptiones, quae quidem reperiantur in museis Italiae, plerumque esse novicias, omnes scimus. Neque quod hoc, statim postquam ex terra prodiit, immodicis laudibus celebrari coepit, teste Fea, per ephemerides tam Italicas quam exteras, suspicionem minuit; praesertim cum ab his laudibus, teste eodem, non alienae fuerint *certe ragioni o vedute di speculazione mercantile*. Nihilominus hanc inscriptionem ipsi Feae non suspectam excludere nolui.

32 basis marmorea. Cur origine Ostiensem putem, dixi infra. — Romae in horto Laelii Gratiani DON. Sine loci indicatione, sed inter inscriptiones in vinea Gregorii Ammiani extantes dat BOVCH. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap. intranti a dextra*).

in margine:

PRO SALVTEM *sic*
 AVG · !!!

in ipsa basi:

A · OSTIENSIS
 ASCLEPIADES
 5 AEDITVS CAPITOLI *sic*
 SIGNVM · MARTIS
 CORPORI · FAMILIAE
 PVBLICE *sic*
 LIBERTORVM ·
 10 ET · SERVORVM
 D · D

Descriptus Henzen, recognovi ipse. *Donius* 4, 34 (inde *Mur.* 177, 9 et *Orelli* 2850) omissis vv. 1. 2; *Bouchard ms. Barberin.* XXX, 182 f. 112. Est vol. VI n. 479.

Ost(iensis) Asclepiades nominatur bis in albo familiae publicae Ostiensis infra edendo (n. 255). *Corpus familiae publicae libertorum et servorum*, cui signum dono dedit Asclepiades, est ipsa familia publica Ostiensis. Signum ei corpori dono datum ab uno ex corporatis cum inscriptione sua antiquitus non Romae stetit, sed Ostiae patet.

33 parva basis marmorea. Antiquitus eam ibi prostitisse, ubi a. 1867 repertae sunt n. 53 et 69, apparet. Sed haec prodiit anno 1864 una cum aliis marmoribus (in his n. 67) ex fornace calcaria sita Ostiae nel terreno denominato *J Casalini ad oriente della città* VISCONT. Nunc Romae in museo Lateranensi.

T · ANNIVS · LVCVLLVS · VI · VIR
 AVG · IDEM · Q · Q · HONORATVS
 SIGNVM · MARTIS · DENDROPHOR
 OSTIENSIVM · D · D · DEDICAVIT
 5 ID · MAI · TORQVATO · ET · HERODE · COS a. 143

Recognovi. P. H. Visconti *Giornale di Roma* 17 Mai. 1864, inscr. Ost VI n. 461; acta ms.; Benndorf et Schoene in catalogo musei Lateranensis p. 394 n. 566; C. L. Visconti *ann. inst. arch.* 1868 p. 374.

2 *honoratum* intellege in collegio dendrophorum, fortasse decreta immunitate, ut est n. 407 ob [h]onorem immunitatis. — Similes donationes dendrophoris Ostiensium (sic appellantur utroque vocabulo perscripto etiam n. 67) factae reperiuntur infra n. 67 (*signum Terrae matris* dendrophoris donatum d. XIII kal. Maias anni 142, id est tredecim mensibus ante quam hoc signum Martis acceperunt, similiter ab *honorato*), n. 53 (*signum Silvani*), n. 69 (*signum Virtutis*), n. 407 (statua L. Veri Augusti) et fortasse etiam n. 70. 71. Similiter cannophoris Ostiensibus donabantur non solum imagines Matris deum et Attis (n. 36. 37), sed etiam statuae imperatorum (n. 118. 119). Praeterea *signum Martis* dono datum corpori familiae publicae Ostiensis habuimus supra n. 32, *signum Fidei* collegio fabrum tignuariorum Ostiensium supra n. 5.